

PATTI DEL MCCXL.

1.

Anno MCCXL die sabbati, nono die intrante mense iunii, indictione XIII.

DATAZIONE DI LUOGO: — Ferrara.

ROGATARIO: — *Guidotus de Marolla civitate Brixie, sacri palatii notarius.*

CONTENUTO: — Si conferma il patto del 1230 e si fanno in esso alcune aggiunte e modificazioni tutte in vantaggio dei Veneziani (cfr. Parte II, pag. 130 e seguenti).

BIBLIOGRAFIA:

- a) manoscritti: 1° *Pergamena A. D. M. n. 247 (originale)*; — 2° *Pergamena A. D. M. n. 248*; — 3° *Pergamena Atti e Bolle etc. n. 158*; — 4° *Liber pactorum IV*, c. 33, — 5° *Annali del Prisciano*.
- b) edizioni: — THEINER, *Codex diplomaticus etc.*, vol. I, pag. 466. II. 6 e pag. 90, n. 156; — CLEMENTIS pape V *Regestum etc.*, vol. II, pag. 57. II. 37.
- c) Cfr. FRIZZI, *op. cit.*, vol. III, pag. 132; — TENTORI, *Saggio sulla storia civile e politica etc.*, vol. IV, pag. 134; — MINOTTO, *op. cit.*, vol. III, sect. I, pag. 44; — LENEL, *op. cit.*, pag. 63; — SORANZO, *op. cit.*, pag. 32.

Testo del patto concluso ai 9 di giugno del 1240 secondo l'originale contenuto nella *Pergamena A. D. M. n. 247* (cfr. Parte I, pag. 57). [Questa pergamena, rigata con matita, misura 0,57×0,58 ed è scritta in gotica cancelleresca. Nel tergo porta scritto con inchiostro nero e a carattere antico: — *MCCXL, Ferrarie — Venetie. Pacta Azonis marchionis Ferrarie cum Jacobo Theupolo, duce Venetiarum*; — con inchiostro rosso e a carattere moderno: *A. D. M. n. 247*]:

“ In Christi nomine millesimo CCXL, indictione XIII, die sabbati, nono die intrante mense iunii, in civitate Ferrarie, in palatio domini Salinguerre, in presentia dominorum Leonardi Gradonici, Stephani Justiniani, Leonis Sannudi, Henrici Pascalici, Marci (1) Greci, Girardi Longi, Martini Marcelli, Petri Gisi, testium rogatorum, dominus Gregorius de Montelongo, domini pape notarius, apostolice Sedis le-

186
gatus, auctoritate sue legationis et potestatis sibi date a comuni Ferrarie, ut
constat per quoddam (2)
instrumentum factum ab Icelino de Verona, domini Azonis Dei gratia Estensis
marchionis notario, precepit et iniunxit viro nobili Stephano Baduario, pote-
stati comunis Ferrarie, sub debito iuramenti, quod fecerat pro regimine ipsius
civitatis (3)
faciende ad eius voluntatem, ut constat per aliud instrumentum a suprascripto
Icelino notario factum, quatenus statutum vel statuta, pactum vel pacta sive
ordinamentum vel ordinamenta cum additionibus et mutationibus infrascriptis
olim factum vel fac- (4)
ta et confirmatum vel confirmata inter dominum Jacobum Teupulo, Dei gratia
Veneciarum, Dalmacie atque Chroacie ducem, et comune Veneciarum ex una
parte et dominum Ubertum de Marnate, civem mediolanensem, potestatem
ferrariensem nec non (5)
et dominos Jacobinum de Trota, Vilanum de Aldigeriis, Johannem de Ansedeo,
Menabovem, Peliparium iudicem et Petram de Marone, cives ferrarienses, ipsius
civitatis ferrariensis ambaxiatores ad hec destinatos a comuni Ferrarie, debeat
observare et per (6)
cunctos cives ferrarienses facere observari. Forma cuius pacti talis est ... (7)

A questo punto nella pergamena è inserito il patto del 1230, per il quale si rimanda alla pubblicazione già fattane. Quindi il documento sequita così:

“ Et has additiones sive mutationes inferius scriptas similiter precepit firmiter observari, que additiones sive mutationes sunt hec: quod potestas Ferrarie et Ferrarienses perpetuo modo aliquo non recipient aliquem mercatorem venientem Ferrariam per mare scilicet per portus Primarii, Volani et Gauri vel undecumque per mare (38)
cum aliquibus mercimoniis. Item quod potestas Ferrarie et Ferrarienses omnino reddent sive restaurabunt a modo usque ad festum sancti Michaelis proxime venturum omnes notorias sive manifestas predas robarias et totum illud quod male ablatum est sive detentum in Ferraria et eius districtu hominibus Veneciarum a V annis infra. Quod (39)
si de predis, robariis et male ablati aliqua remanserint a modo usque ad dictum festum sancti Michaelis, que reddita sive restaurata non fuerint cum integritate, predicta reddi et restaurari debeant per Ferrarienses infra duos menses postquam per dominum ducem vel eius nuncium inde sibi notitia data fuerit. (40)
Item ubi dicit superius in eodem pacto quod Venetus debet solvere pro sigillo, quod datur ei a potestate sive a curia Ferrarie pro conducendis Venecias redditibus sive proventibus et ceteris suis bonis, quator imperiales, dictum et confirmatum est quod a modo in perpetuum solvere debeat Venetus tantummodo imperiales duos. (41)

Item ubi dicitur superius quod sit licitum Venetis omnibus, qui venerint Ferrariam cum sale, discarigare et extrahere atque dimittere ipsum sale in terris, si voluerint, et quod qui venerint Ferrariam cum mercimoniis et aliis rebus, sit licitum eis similiter ipsius merces et res discarigare et ponere in terris, ita dictum et confirmatum est ad maiorem claritatem (42)

quod si noluerint Veneti discarigare et extrahere atque dimittere in terris ipsum sal et cetera mercimonia sua, quod non cogantur modo aliquo ad hoc a potestate nec a comuni Ferrarie. Item ubi dicitur superius in eodem pacto super facto canapi excepto quod pro ponderatione staderie debeant solvere pesatori massarii laboriei episcopatus (43)

Ferrarie pro mercede sua X imperiales pro quolibet miliario et non ultra, dictum et confirmatum est quod a modo solvere et dare debeant tantummodo imperiales octo. Item ubi dicitur in eodem pacto quod promiserunt et statuerunt atque pactum fecerunt omni tempore infra hunc terminum dare Venetis omnem blavam suam scilicet blavam cuiuslibet manierei, emptione (44)

facta, habentibus Venetis et eius districtus licentiam emendi quantam blavam voluerint et cuiusque manierei et omnia legumina scilicet cuiusque manierei et quod sit licitum ipsis Venetis ipsam emere in Ferraria et eius districtu et ipsam deferre Venecias et similiter Ferrarienses et omnes alii, qui voluerint, possint ipsam blavam (45)

et legumina Venecias deferre quousque sextarium frumenti Ferrarie non excedat summam XIII imperialium. Ita nunc ordinatum et confirmatum est quod Veneti omnes et Ferrarienses ac omnes alii de cetero blavam ipsam cuiuslibet manierei et quantam voluerint emere ac Venecias deferre possint quousque sextarium frumenti Ferrarie non excedat summam XVIII (46)

imperialium. Item ubi dicitur quod Veneti possint libere et absolute emere pisces a Ferraria inferius in specificatis locis, sic ordinatum et confirmatum est quod ubique per totum districtum Ferrarie tam a Ferraria inferius quam a Ferraria ¹⁾ superius libere et absolute absque impedimento aliquo possint emere ipsos pisces et deferre (47)

Venecias. Item ubi dicitur quod si dominus dux Veneciarum fecerit bannum suarum rerum alicui civitati vel loco, quod illas merces vel res, quas Ferrarienses vel alii apud Ferrariam vel in eius districtu conducent, eas non dabunt nec permittent deferre ipsas merces et res ad illam civitatem vel locum, sed illud idem bannum ex ipsis rebus et (48)

mercimoniis facient eis quemadmodum fecerit dominus dux Veneciarum postquam eis a domino duce denuntiatum fuerit infra octo dies, ita ordinatum et confirmatum est quod illud idem bannum ex ipsis rebus omnibus et mercimoniis potestas et comune Ferrarie facient illi civitati vel loco quibus dominus dux fecerit infra (49)

1) Nel ms. è detto: *oferia*; nelle copie è corretto in *a Ferraria*.

dies sex postquam sibi denuntiatus fuerit a domino duce. Que omnia superius dicta, tam pacta quam conditiones sive mutationes, dictus dominus Stephanus Baduarius, potestas Ferrarie, pro comuni et nomine comunis Ferrarie in presentia dicti domini ducis Veneciarum eidem domino legato promisit attendere et observare et facere observari (50)

per comune Ferrarie per totum tempus sui regiminis et non contravenire aliqua occasione. Item dictus dominus legatus precepit eidem domino Stephano, potestati Ferrarie, in presentia dicti domini ducis quod hec superius dicta poni faciat in statuto comunis Ferrarie quod ibi perpetuo esse debeat ita precisum quod mutari tolli sive radi vel minui (51)

non possit nec per consilium nec per arengum nec per mutatores statutorum nec per aliquem alium modum, qui dici vel excogitari possit, et quod faciat sequenti potestati post se simile sacramentum iurare videlicet quod attendet et plenarie observabit et faciet attendere et observari omnia suprascripta cives (52) ferrarienses et potestates sive rectores in exitu sue rectorie successores suos simile sacramentum iurare faciant ita quod omnia suprascripta in perpetuum observentur. (53)

Ego Guidoctus de Murolda civitate Brixie, sacri palatii notarius, omnibus interfui et de mandato suprascripti domini legati scripsi „ (54)

“ In Christi nomine, millesimo CCXL, indictione XIII, die quinto exeunte mense iunii, in civitate Ferrarie, in ecclesia maiori civitatis ipsius, in publica concione coadunata more solito ad sonum campanarum, presentibus dominis Mainardino de Mainardis, Bonomatheo (55)

legum doctore, Menabove Rubeo Johannis Perculi, Tomasio de Vigentia, Petro Novello notario et aliis pluribus testibus, ibidem dominus Gregorius de Montelongo, domini pape notarius Apostolice sedis legatus, auctoritate sue legationis et potestate sibi date a comuni Ferrarie dixit et (56)

precepit viro nobili Stephano Baduario, potestati Ferrarie, et omnibus Ferrariensibus, qui aderant ad dictam concionem, quod pro comuni Ferrarie debeant observare et observari facere et confirmare concordiam et pacta omnia et convenciones et ordinamenta olim facta et ordinata inter comune Veneciarum (57)

et comune Ferrarie tempore domini Jacobi Teupoli, Dei gratia Veneciarum, Dalmacie atque Croacie ducis, et tempore domini Uberti de Marnate civitate Mediolani, tunc potestatis Ferrarie, ut constat in quodam instrumento facto ab Armano civitate Ferrarie, imperialis aule notarius, a me infrascripto notario viso et lecto (58)

cum additionibus et mutationibus factis et ordinatis per ipsum dominum legatum ad ipsa pacta, concordiam, convenciones sive ordinamenta. Ad que ¹⁾ omnia dictus potestas consensit et omnes qui aderant ad dictam concionem exclamarunt levando manibus ²⁾: *fiat fiat*. (59)

1) Nella Pergamena è scritto: *quem*; nelle copie è corretto.

2) Così trovasi nel ms. e nelle copie.

Ego Gu
dicti d
predict

A
DATAZIO
ROGATA
CONTEN

BIBLIOG

T
Perga
misur
nee, c
con in
Venet
caratt

dictio
Vener
domin
militi
ria ⁴⁾,
Ferrari

Ferrari

Ego Guidoctus de Murolda civitate Brixie, sacri palacii notarius et scriptor dicti domini legati, hiis omnibus interfui et de mandato ipsius ac potestatis predictae scripsi et me subscripsi ... (60)

2.

Anno MCCXL, die Veneris XV exeunte augusto, indictione XII.

DATAZIONE DI LUOGO: — Ferrara.

ROGATARIO: — *Petrocinus, imperialis aule et potestatis comunis Ferrarie notarius.*

CONTENUTO: — In questo patto si dà nuova forma alle aggiunte e alle modificazioni che ai 9 di giugno dello stesso anno furono fatte al patto concluso nel 1230 (cfr. Parte II, pag. 130 e seguenti).

BIBLIOGRAFIA:

- a) manoscritti: — 1° *Pergamena A. D. M. n. 251*; — 2° *Pergamena A. e B. etc., n. 158*; — 3° *Liber pactorum IV, c. 40a*; — 4° *Annali del Prisciano, c. 76b*; — 5° *Statuto di Ferrara del 1288*.
 b) edizioni: — THEINER, *Codec diplomaticus etc.*, vol. I, pag. 11, n. 1901; — *Clementis papae V Regestum etc.*, vol. VII, pag. 63, I, 23.
 c) Cfr. FRIZZI, *op. cit.*, vol. III, pag. 132; — TENTORI, *op. cit.*, vol. IV, pag. 134; — LENEL, *op. cit.*, pag. 63; — SORANZO, *op. cit.*, pag. 32.

Testo del patto concluso ai 17 di agosto del 1240 secondo la *Pergamena A. D. M. n. 251* (cfr. Parte I, pag. 58). [Questa pergamena, misurante 0,51×0,55 e rigata a secco soltanto in principio per poche linee, è scritta in gotica cancelleresca; nel tergo a carattere antico con inchiostro nero è scritto: *MCCXL, Ferrariae, pactum inter comune Venetiarum et d. Azonem marchionem Estensem Ferrariae, VIII* e a carattere moderno con inchiostro rosso: *A. D. M. n. 251*]:

“ In Christi nomine, anno eiusdem nativitatibus millesimo CCXL, indictione XIII, tempore Gregorii pape et Friderici dicti ¹⁾ imperatoris die Veneris XV exeunte augusto, presentibus dominis David iudice et assessore domini Stephani Badoari ²⁾, Ferrarie potestatis, Marco Stornato, Marco Cavasterio militibus dicte ³⁾ potestatis, Johanne Viviano de Venetiis, Girardino de Catinaria ⁴⁾, Guidutio et Bonmatheo ⁵⁾ preconibus comunis Ferrarie, in palacio comunis Ferrarie ⁶⁾, quoniam dignum est ut vetus amicitia inter Venetos et Ferrarienses

1) Manca nello *Stat. ferr. del 1288*.

2) Beduari (Perg. A. e B. etc., n. 158); et assessore potestatis videlicet domini Badoarii, Ferrarie potestatis (Stat. ferr. del 1288).

3) Manca nello *Stat. ferr. del 1288*.

4) Guirardino de Catinaria preconone comunis Ferrarie (Stat. ferr. del 1288).

5) Bonamico (Stat. ferr. del 1288).

6) Queste parole mancano nello *Stat. ferr. del 1288*.

de bono in melius semper debeat augmentari et ¹⁾ pacta et conventiones inter eos ²⁾ firmiter observentur, ideo nobilis vir dominus Stephanus Badoari ³⁾, potestas Ferrarie, in consilio civitatis Ferrarie ⁴⁾ ad sonum campane more solito publice ⁵⁾ congregato, verbo, consensu et voluntate consilii supradicti et ipsum consilium universum, nomina quorum hominum ⁶⁾ inferius sunt scripta, nomine et vice comunis Ferrarie et suo nomine solepni stipulatione interveniente, promiserunt et pactum fecerunt firmiter observandum in perpetuum provvido viro Gabrieli notario, ducalis aule Veneciarum scribe, nuncio, sindico et procuratori illustris viri domini Jacobi Teupuli, incliti ducis Veneciarum, sicut ⁷⁾ constat publico instrumento, manu Johannis Alberti ⁸⁾ presbiteri et ⁹⁾ notarii confecto ad hoc constituto ¹⁰⁾, per me Petrocinum notarium viso et lecto recipienti vice et nomine dicti domini ducis et comunis Veneciarum videlicet quod omnes homines ¹¹⁾ Veneciarum et eius districtus sint salvi et securi in personis et rebus eorum in civitate Ferrarie et eius districtu euntes, stantes et venientes et reddeuntes non solventes aliquod datium vel tholoneum aut male ablatum apud Ferrariam vel apud Figarolam aut in aliquo loco districtus Ferrarie occasione ipsorum Ferrariensium vel occasione domini pape seu ecclesie episcopatus Ferrarie aut aliqua alia occasione seu consuetudine vel ratione, exceptis tribus denariis venetis parvis tantum pro fundo navis apud Ferrariam videlicet ille naves hoc datium trium denariorum solvere debeant, que portum fecerint et remanserint apud civitatem Ferrarie causa suarum rerum illic vendendi vel comparandi, tamen alie naves, que ibi venerint, preter istas, hoc datium trium denariorum solvere non teneantur. Item quod omnes homines undecumque venientes tam per portum maris quam per Padum cum blava et vino et aliis victualibus extra districtum Ferrarie possint ire Venecias per portum maris vel per flumina sive aliunde cum ipsa blava vino et victualibus sine contradictione vel defensione ipsorum Ferrariensium, non inferendo eis aliquod onus vel gravamen neque cogendo eos occasione suorum bannorum seu postarum, quod in toto vel in parte ipsarum blavarum, vini et victualium vendant vel dimittant apud Ferrariam vel aliquem alium

1) Manca nella *Perg. A. e B. etc. n. 158* e negli *Annali del Prisciano*.

2) Le parole "inter eos", mancano nello *Stat. ferr. del 1288*.

3) Baduarius (*Ann. Prisc.*; *Stat. ferr. del 1288*).

4) Le parole "in consilio Civitatis Ferrarie", mancano nel *Lib. Pact. IV. Nello Stat. ferr. del 1288* manca la parola *Ferrarie*.

5) Manca nella *Perg. A. e B. etc. n. 158*.

6) Manca nello *Stat. ferr. del 1288*.

7) ut (*Stat. ferr. del 1288*).

8) Manca nello *Stat. ferr. del 1288*.

9) Manca nello *Stat. ferr. del 1288*.

10) Manca nello *Stat. ferr. del 1288*.

11) Manca nello *Stat. ferr. del 1288*.

locum districtus Ferrarie. Item promiserunt satisfacere Venetis de terris et possessionibus suis, quas habebant in Massa Fiscalie, quas commune Ferrarie eis abstulit et habet et tenet in Massa Fiscalie et alii homines et persone pro ipso comuni tenent et habent ostendentibus eis per testes vel per cartam de iure suo. Et hec satisfactio fiat de quantitate pretii secundum illam ¹⁾ quantitatem illius pretii quod fuit satisfactum Ferrariensibus, qui habebant possessiones in Massa Fiscalie, medietatem hinc ad proximum carnisprivium et alteram medietatem hinc ad Pasquam Resurrectionis Domini proxime. Et quod arbitri electi ²⁾ in Ferraria pro Venetis infra quindecim dies debeant pronunciare super hiis possessionibus Masse, postquam testes producti fuerint in causa vel instrumenta et renuntiatum fuerit cause per Venetos coram arbitris. Testes vero si qui producti sunt a Venetis coram arbitris ³⁾ super hiis possessionibus valeant simili modo, sicut modo de novo producerentur et sit in arbitrio Venetorum, qui producerunt, tenere se ad dicta singulorum vel ad partem ipsorum testium ⁴⁾ et si noluerint se tenere ad dicta testium productorum, tunc ⁵⁾ ipsorum ⁶⁾ dicta non obesse debeant Venetis nec prodesse ⁷⁾. Item promiserunt quod permittent omnibus Venetis deferre et deducere Venetias totum suum terraticum et redditum suarum terrarum et possessionum, quas habent in Ferraria et eius districtu, tam ipsum redditum et terraticum quam omnem alium ⁸⁾ eorum redditum blavarum, leguminum, vini, carniarum vivarum et mortuarum et cavalaticum et socedarum et joiarum ⁹⁾ et omnem redditum aliorum suorum bonorum, iurante gastaldione illorum Venetorum coram potestate Ferrarie semel in anno quantitatem terratici et reddituum ipsorum Venetorum et, facto sacramento, detur eis sigillum pro predictis ¹⁰⁾ terraticis et redditibus Venetias conducendis et deferendis et non constet Veneto dictum sigillum nisi duobus imperialibus, nec aliquid aliud propter hoc solvat ¹¹⁾ aut ei aliqua molestia vel gravamina inferri debeant, ita tamen quod quotienscumque per totum annum dicti Veneti voluerint conducere Venetias dictum suum terraticum et redditum, totiens detur eis dictum sigillum solventes ¹²⁾ duos imperiales, ut dictum est, pro sigillo, credendo sacramento a gastaldione facto

1) Manca nella *Pergam. A. e B. etc. n. 158* e negli *Annali del Prisciano*.

2) Manca nello *Stat. ferr. del 1288*.

3) Manca nello *Stat. ferr. del 1288*.

4) vel ad ipsorum partem testium productorum (*Stat. ferr. del 1288*).

5) Manca nella *Perg. A. e B. etc. n. 158* e negli *Annali del Prisciano*.

6) testium ipsorum (*Perg. A. e B. etc. n. 158*).

7) tunc ipsorum dicta non obesse debeant Venetis (*Stat. ferr. del 1288*).

8) Nella *Pergamena* come nel *Lib. pact. IV* è scritto *aliud*; negli altri mss.: *alium*.

9) iovarum (*Perg. A. e B. etc. n. 158*).

10) dictis (*Perg. A. e B. etc. n. 158*); de predictis (*Stat. ferr. del 1288*).

11) Manca nello *Stat. ferr. del 1288*.

12) solvendo (*Stat. ferr. del 1288*).

semel in anno per totum annum. Veruntamen dieti Veneti possint et debeant deferre et conducere Venetias suprascriptum suum redditum et terraticum sine sigillo predicto accipiendo et sine sacramento a gastaldione faciendo, donec sextarium frumenti Ferrarie non ascenderit summam decem et octo imperialium. Preterea tenute et possessiones hominum monasteriorum ¹⁾ et ecclesiarum de Venetiis, quas habent ²⁾ in Ferraria et eius districtu, que ablate sunt eis et intronisse sunt et tenentur per Ferrarienses hinc retro et specialiter tenute et possessiones monasterii sancti Danielis de Venetiis, que ablate et intronisse sunt per dominum Salinguerram vel per alios et ab eis tenentur, restituantur eis sine placito infra dies quindecim, ex quo litere domini ducis Veneciarum ³⁾ potestati Ferrarie vel consolatui fuerint presentate vel ad hoc nuncii domini ducis venerint Ferrariam, nec impediri vel eis auferri debeant nisi prius cognita ratione et hoc secundum formam pacti Venetis facti tempore domini Rainerii, filii domini Henrici Danduli, ducis Veneciarum. Item quod sit licitum Venetis omnibus, qui venerint Ferrariam cum sale, discargare et extrahere atque dimittere ipsum salem in terris, si voluerint, et cum vendiderint ipsum salem, sit licitum eis accipere de assazatoribus comunis Ferrarie qualescumque voluerint pro sale mensurando vel assazando, et qui venerint Ferrariam cum merzimoniis et aliis rebus, sit licitum eis similiter ipsas merzes et res discargare et ponere in terris. Et similiter sit licitum eis cambiare salem per Ferrariam et eius districtum sicut soliti erant et illud quod pro cambio acceperint ex ipso sali possint deferre Venecias sine aliquo impedimento vel hanno seu contradictione ipsorum Ferrariensium et sine aliquo datio toloneo vel male ablato. Quod si noluerint Veneti discargare et ⁴⁾ extrahere atque dimittere in terris ipsum salem et cetera mercimonia sua quod non cogantur modo aliquo ad hoc a potestate nec a comuni Ferrarie. Item quod Veneti libere et absolute possint in civitate Ferrarie et eius districtu emere canapum et ipsum deferre Venecias sine aliquo datio vel ⁵⁾ toloneo vel male ablato dando vel persolvendo a Venetis, excepto quod pro ponderatione staterie debeant solvere appesatori massarii laborerii episcopatus Ferrarie pro mercede sua octo imperiales pro quolibet miliario et non ultra. Item promiserunt atque pactum fecerunt ⁶⁾ dare et concedere Venetis omnem blavam suam scilicet blavam cuiuslibet maneriei, emptione facta et habentibus Venetis et eius districtus licentiam emendi quantam blavam voluerint et cuiuslibet maneriei et omnia legumina cuiuslibet ⁷⁾ maneriei et quod sit licitum ipsis Venetis ipsam emere in Ferraria et eius districtu ac ipsam

1) et monasteriorum (Stat. ferr. del 1288).

2) Manca nello Stat. ferr. del 1288.

3) Manca nello Stat. ferr. del 1288.

4) Manca nella Perg. A. e B. etc. n. 158.

5) Manca nella Perg. A. e B. etc. n. 158.

6) promiserunt statuerunt et pactum fecerunt (Perg. A. e B. etc. n. 158; Ann. Prisc.).

7) scilicet cuiuslibet (Perg. A. e B. etc. n. 158; Ann. Prisc.).

deferre Venetias
ipsam blavam
ferrariensis
et semper
et legumina
dictam summam
seu aliquo
libere et absolute
a Ferraria
neziis Fractura
Adria, Adriaticum
et absolute
male ablato.
Ferrarie con
promiserunt
alicui civitati
apud Ferrariam
permittent
illud idem
dominus dux
fuerit infra
sive restaura
omnes notori
et totum illud
districtu, hominibus
robariis, preterea
manserint usque
non fuerint
infra duos menses
inde sibi non
dampnis datio
nibus questi
riarum debita
Venetis pred

1) Nel m
2) Manca
3) maleal
4) ubique
5) Arcoac
6) Ferrar
7) Manca
8) distric

deferre Venecias. Et similiter Ferrarienses et omnes alii qui voluerint possint ipsam blavam et legumina Venetias deferre quousque sextarium frumenti ferrariensis non excedat summam decem et octo imperialium et omni tempore et semper sit licitum eis et aliis volentibus deferre Venetias dictam blavam et legumina quandocumque sextarium frumenti Ferrarie non valuerit ultra dictam summam decem et octo imperialium sine aliquo banno vel impedimento seu aliquo dacio ¹⁾ vel ²⁾ toloneo maletoleto ³⁾. Item quod Veneti possint libere et absolute emere pisces ubicumque ⁴⁾ per totum districtum Ferrarie tam a Ferraria inferius quam a Ferraria superius et nominatim in ambobus maneziis Fracta, Villacomeda, Cognano, Villamarzana, Arthoada ⁵⁾, Gragnano, Adria, Adriano, Corneto et Cochanile et ipsos pisces deferre Venecias libere et absolute et absque aliquo impedimento et sine aliquo banno, toloneo aut male ablato. Ita quod nullo tempore homines predictorum locorum a potestate Ferrarie compelli possint, ut pisces predictos Ferrariam ducere teneantur. Item promiserunt quod si dominus dux Venetiarum fecerit bannum suarum rerum alicui civitati vel loco, quod illas merces vel res quas Ferrarienses vel alii apud Ferrariam ⁶⁾ vel in ⁷⁾ eius districtu ⁸⁾ conducent non dabunt nec permittent deferre ipsas merces vel res ad ipsam civitatem vel locum, sed illud idem bannum ex ipsis rebus et mercimoniis facient eis quemadmodum dominus dux Veneciarum fecerit postquam eis a domino duce denuntiatum fuerit infra dies sex. Item predictus potestas et Ferrarienses omnino reddent sive restaurabunt a modo usque ad festum sancti Michaelis proxime venturum omnes noterias sive manifestas preda, robarias, pignorationes et intromissiones et totum illud, quod male ablatum est sive detentum in Ferraria et eius districtu, hominibus Veneciarum a quinque annis infra quod si de predictis robariis, predis, pignorationibus et intromissionibus et male ablati aliqua remanserint usque ad dictam festum sancti Michaelis, que redita sive restaurata non fuerint cum integritate, postea reddi et restaurari debeant per Ferrarienses infra duos menses postquam per dominum ducem Veneciarum vel eius nuncium inde sibi notitia data fuerit et requisitum. Item de aliis predis, robariis et dampnis datis hominibus Veneciarum in Ferraria et eius districtu et de omnibus questionibus, petitionibus ac querimoniis tam percussionum et iniuriarum debitis, toloneis et male ablati quam de aliis omnibus rationibus Venetis predictis ratio fiat secundum pacta et statuta atque ordinamenta hinc

1) Nel manoscritto la parola è interlineata dalla stessa mano.

2) Manca nella Perg. A. e B. etc., n. 158.

3) maleablato (Perg. A. e B. etc., n. 158; Lib. pact. IV).

4) ubique (Perg. A. e B. etc., n. 158; Ann. Prisc.).

5) Arcoada (Perg. A. e B. etc., n. 158; Ann. Prisc.; Lib. pact. IV).

6) Ferrarienses apud Ferrariam vel alii (Statuto ferrarese del 1280).

7) Manca nella Perg. A. e B. etc., n. 158 e negli Annali del Prisciano.

8) districtum (Perg. A. e B. etc., n. 158; Ann. Prisc.).

retro facta inter Venetos et Ferrarienses de iusticiis observandis. Preterea promiserunt et pactum fecerunt predictus potestas et consilium nomine et vice civitatis Ferrarie ac suo nomine quod potestas Ferrarie et Ferrarienses perpetuo modo aliquo non recipient aliqua mercimonia in Ferraria vel districtu, que per mare fuerint apportata scilicet per portus Primarii, Volani et Gauri vel undecumque per mare nisi a Veneciis. De his autem omnibus fuerunt concordantes, salvis etiam omnibus aliis pactis et ordinamentis et promissionibus in omnibus et per omnia hinc retro inter Venetos et Ferrarienses factis, ita quod presens pactum in aliquo capitulo vel verbo predictis aliis pactis et ordinamentis et promissionibus olim factis non debeant obesse neque preiudicium generare. Que omnia superius scripta et dicta predictus potestas verbo consensu et voluntate consilii nominati ¹⁾ et ipsum consilium universum vice et nomine civitatis et comunis Ferrarie et suo nomine per Domini evangelia corporaliter iuraverunt attendere, observare, firma tenere et non contravenire aliquo modo vel ingenio attendi et observari facere. Et insuper iuraverunt quod facient sequentem potestatem post se sive rectorem vel rectores dicte civitatis simile sacramentum iurare et nominatim quod ipse successor seu rectores facient suos officiales et consilium hec eadem iurare et observato isto ordine sacramenti sui et officialium et consilii in quolibet anno per totum annum in initio potestarie vel rectorie civitatis eiusdem in perpetuum et quod potestates sive rectores, qui pro tempore fuerint, in exitu sue potestarie sive rectorie successores suos simile sacramentum iurare facient, ita quod hec omnia superscripta in perpetuum observentur. Et hec omnia superius dicta poni et scribi facient in Statuto comunis Ferrarie quod ibi perpetuo ²⁾ esse debeant ita precisum quod mutari, tolli sive radi vel minui non possint nec per consilium, nec per arengum, nec per mutatores Statutorum nec per aliquem alium modum qui dici vel excogitari possit. Et quod de predictis omnibus vel aliquo predictorum vel de ³⁾ sacramentis ipse potestas et potestates future rectores, officiales et consilium non possint petere nec habere absolutionem vel remissionem a populo, consilio, comuni vel arengo civitatis Ferrarie vel ab aliqua alia persona aliquo modo vel ingenio. Ad hec eadem die in ecclesia episcopatus Ferrarie Gerardinus de Catinaria, prece civitatis Ferrarie, in publica concione, more solito congregata, in anima totius populi Ferrarie predicta omnia attendere et observare et attendi et observari facere in perpetuum, presentibus viro nobili domino Azone Estensi, Marchesino de Maynardis, domino Bernardino de Fontana, Bonacursio de Romanino iudice, Parthinopeo Egidioli Guizardi, Turcio ⁴⁾ de Turclis, Petro Novello, notario dicte potestatis

1) nominatim (Perg. A. e B. etc., n. 158; Ann. Prisc.).

2) in perpetuo (Perg. A. e B. etc., n. 158; Ann. Prisc.).

3) Manca nella Perg. A. e B. etc., n. 158.

4) Turcio (lib. pact. IV).

omnibus de Ferraria, Ugatio Johannis Malaparte, Henrico de Racione de Tarvisio ¹⁾, Davit iudice et assessore predictae potestatis, Henrico Paradiso de Padua, Marco Gavastaro et Marco Stornato militibus dicte potestatis et alii ²⁾. Hec sunt nomina illorum de consilio qui iuraverunt. In primis: vir nobilis dominus Azo marchio Estensis, dominus Partinopeus Egidii de Guizardo, dominus Jacobinus Trocte, dominus Bonaccursius, dominus Turclus de Turclis, dominus Galvanus de Misottis, Gruamonte domini Jacobi, Riticherio ³⁾, Bonaccursius domini Bernardini de Fontana, Bonromeus ⁴⁾ notarius, Bonmercatus Zanolini, dominus Romaninus notarius, Girardinus, Mazolus, Arduinus de Cavagnolo, Clarimbaldus de Cassanis ⁵⁾, dominus Guido de Buceinpane, Girardinus Belloni, Federicus Bellognoli ⁶⁾, Johannes Artusii, Faciolus ⁷⁾ de Burgo, Suscinellus ⁸⁾, Jacobinus Pegolati, dominus Hisnardinus de Costabilis, Ugolinus medicus, Taurellus capsor, Boniohannes de Raulis, Clementinus Johannis de Clemente, Ziliolus domini Cazii, Vetallianus ⁹⁾ Duxetti, dominus Bernardinus de Sarazeno, Iacobinus Freduzii, dominus Petrus Retegni iudex, Pelegrinus de Moyse, Prandus Miliole, Guerzius Iacobini de Surdo, Florelus, dominus Crescensius de Paltoneriis, Ambrosinus notarius, dominus Petrocinus vicedominus, dominus Guido Beroldus, dominus Leucius, dominus Orlandinus iudex, Gerardus Premartini, Zilliolus de Cartis, Bonencontrus Piscarie, Petrus Padavini, Thomasinus de Vigentia, Sillerius, dominus Iohannes de Nocte ¹⁰⁾, Arnaldinus Bonzanini ¹¹⁾ de Arnaldo, Gadolinus de Arduinis, Gerardus Banzii, Iacobinus domini Marchisini de Maynardis, Rigolus de Capitefossati, Boniohannes Lusci, Marinus ¹²⁾ Becanis, dominus Ubaldinus de Buceinpane, Nicolaus domini Torneinparte, Bartholomeus, Pilizarius, Thomasinus Gerardi Longi, dominus Vivianus Arloti, Ruzirolus, Bonaventura magistri Petri, Malanimus ¹³⁾, Lazarus de Burgo, Petrozulus de Orlandis, dominus Iacobus de Suggo, dominus Zanetus ¹⁴⁾ Valentini iudex, Leuzius de Cavazzis, Iohannes Buzec, Bonaventura de Aldigerino notarius, dominus Marchisinus de Mainardis, dominus Iacobinus, dominus Aymericus de Griffò, dominus Bernardinus de Fontana, dominus Petrus Contrarius, dominus Iu-

1) Trivisio (Perg. A e B. n. 158; Ann. Prisc.).

2) Manca nello *Statuto ferrarese del 1288*, il quale finisce in questo punto.

3) Ritiderio (Ann. Prisc.).

4) Nella *Perg. A. e B. etc. n. 158* e negli *Ann. del Prisciano* questo nome trovasi più sotto.

5) Cassiani (Perg. A e B. etc., n. 158; Ann. Prisc.).

6) Bolognoli (Perg. A e B. etc., n. 158; Ann. Prisc.).

7) Fanolus (Perg. A e B. etc., n. 158; Ann. Prisc.).

8) Da questo nome in poi la *Perg. A e B. etc., n. 158* e gli *Ann. del Prisciano* non seguono l'ordine della *Pergamena A. D. M. n. 251*.

9) Vetullienus (Perg. A e B. etc., n. 158; Ann. Prisc.).

10) Necte (Ann. Prisc.).

11) Bonzantini (Perg. A e B. etc., n. 158; Ann. Prisc.).

12) Martinus (Perg. A e B. etc., n. 158; Ann. Prisc.).

13) Nel ms. è detto *Malanimus*: nelle altre copie trovasi *Malanimus*.

14) Manca nella *Perg. A. e B. etc., n. 158* e negli *Annali del Prisciano*.

stinianus iudex, dominus Marchoaldus de Mainardis, Ricobonus de domina Sibillina, dominus Cazanemicus domini Iuliani, dominus Gerardus de Guezzo¹⁾, dominus Aribertus domini Godezini, dominus Pellegrinus de Guidobertis, dominus Iacobus domini de Menabovis, dominus Guido de Barnabe, Venturinus campsor. Et ego Petrocinus, Dei gratia imperialis aule et nunc potestatis et comunis Ferrarie notarius, hiis omnibus presens interfui et, ut vidi, audivi et intellexi, rogatus scripsi atque complevi „

1) Guercio (Perg. A e B. etc., n. 158; Ann. Prisc.).